

4

H. lit. z.

2707
9

UB München

Valedictio
Octavio Horanetti

4° sp. lit. 2709

G.-B
(Zoanetti)

<4 1014726280019

<4 1014726280019

4 H.Lit. 2707(9

Hist. lit.

166/9

S. B. 166/9 H. 1.

270%

VALEDICTIO

DOCTORIS ZOANNETTI

AD SCHOLARES GERMANOS

publicè habita Ingolstadij,

Die tertia Octobris.

M DLXIII.



M P
885

A L E D I C T I O

D O C T O R I S S O A N N E T T I

Ad Schonius Germanus

Plautus et Terentius
Lugd.

Amsterdam 1700

AD BIBL.
UNIVERS.
MONAC.



VALE DICTIO DOCTORIS

Zoannetti ad Scholares Germanos
publicè habita Ingolstadij,

Die tertia Octobris. 1564.

AD BIBL.

TRIVAG.

MONAC.



LATO, Clarissimi Auditores,
Aegypti oram lustraturus Græ
cis Doctoribus, quos audiue
rat, gratias pro accepta erudi
tione, hospitio, & beneuolen
tia egisté fertur. Ego vero in
patriam remigratus, quin
vobis eadem propè ratione valedicerem, minime
potui. Decimus enim & septimus iam voluitur an
nus, quo me eximius Boia gentis Princeps Vuilhiel
mus, æterna memoria dignus, huius Gymnasii bel
lorum ciuilium cladibus tūm collapsi gratia, è pa
trio meo Bononiensi Gymnasio admodum iuue
nem honestis conditionibus huc vocauit. Vbi ta
lem erga me vestram beneuolentiam sum iugiter
expertus: qualem certè nec maiorem optare, nec
amiciorum cupere licuit. Frequentibus enim adeò
atque asiduis congressibus vestris me ab illovsque
tempore hactenus suscepistis, de ore & calamo
meo cunctas fīc studiosē excepistis, vt non charus

præceptor modo, sed & pater optatissimus nemini bono non fuerim visus. Peregrinum hominem me hospitio recepistis, Inlyti Germani, fouistis, amastis, honorastis: ciuem me vestrum fecistis: Magistratum me vestrum sèpè nimis habuistis: primos in Celeberrimo hoc Gymnasio honores, meliora stipendia, inter cæteros, vel canonum, vel iuris ciuilis, aut quosuis alios professores, Principis quoque iudicio, in me contulistis: Vestris gaudiis, vestris luctibus, vestris cōsiliis, vestris honoribus me semper interesse voluistis: hisc aer, hæc regio, hæc ciuitas, hæc sacra domus septemdecim annos mihi vobiscum communia fueré: ut si pro referenda gratia sollicitus esse deberem, non minus vires mihi essent defuturæ, quam officiorum vestrorū in me magnitudo superfutura. Verum quod solum cupiā: mea studia vobis esse omnibus sæculis paratiissima: non tam vt referam, quam vt habeam gratiam huc sanè accessi. Et licet dulcissimæ patriæ meæ Bononiae, propinquorum, & necessariorum commodis atque consuetudine (quod vestra iuuarem studia) longo hoc tempore caruerim: attamen mea in vos propensiissima voluntas, incommoda pro commo-
dis, tristia pro lætis, dubia pro certis, æmulorum pericula pro securis, nunquam non accepit. Et quamquam neruis omnibus fuerim studiosissime

adni-

adnisus, vestros in sapientia ciuili prouochere contus, vt breues ad calamos dictationes post habitā & voce lectionem (vestræ iuuandæ memorie gratia) omnium primus in hac schola tradiderim, & quæ vos de hoc loco docui, euulgare illa quoque prædo (vt mea in docendo sedulitas nemini non obvia esse posset) haud dubitarim: Ad hæc, habitacionum vestrarum census in immensum auctos, moderatus ipse, optimi Principis Alberti fauore, ego equidem fuerim: aliaq; id genus plura (ad sit vero fides, & absit iactitia verbis) pro utilitate vestra, pro necessitate huius Gymnasi, ac totius Germaniae usu, pro mea virili confeccerim: tamen hæc officio meo potius, & inseruendi Germanis desiderio inscribenda, quam ut pro his aliqua mihi referenda esset gratia, existimaui. Cùm igitur me me apud vos ita comparassem, vt à vobis hinc fermè nunquam discederem: ob idque in Italiam nuper (res meas illic disponendi gratia) profectus essem: tanto me interea desiderio complecti patria uisa est, vt diu ac multum eius, & meorum propinquorum petitionibus repugnantem, pœnali tandem saeuroq; præcepto adegerit, meam celeberrimo Bononiensi Gymnasio, in iure canonico profitendo, honestis propositis conditionibus, non denegare operam. Quare si præter opinionem accidit, vt reli-

cto Germaniæ solo, necessitatibus patriæ pro mea
paruitate succurrerem : non veruntamen relicts
Germanis, quorum eximia Bononiæ frequens est
multitudo, eam obibo prouinciam . Porro Germa
nos in patria souebo : Germanos, quibus cum non
modo mihi diuturna benevolentia, sed & affinitas
maxima intercedit, colam pietate sempiterna . Ago
itaq; primum Deo optimo Maximo summas , qua
possum reuerentia, gratias: quoniam Deus fortitu
do mea est : Dominus firmamentum meum : refu
gium meum : liberator meus : adiutor meus : spes
mea: protector meus: susceptor meus : Cornu sa
lutis meæ est . Eripuit me de inimicis meis Deus:
saluum me & incolumen patriæ , & meis reddet
quoque Deus . Agnosco dein gratus tua erga me
merita, Alberte Boiorū Princeps piissime: qui ma
gni genitoris tui grata Deo exempla imitatus, me
Virum peregrinum ingenti pietate complexus, ma
ioribus, quam optaram, semper honoribus affeci
sti: vt clementiæ etiam tuæ erga me magnitudo in
uidiam non leuem cum periculo sœpè mihi pepere
rit . Sic te, Alberte Princeps pietate insignis, exau
diat Dominus in die tribulationis : sic te , constan
tia in catholicam Dei ecclesiam eximium , prote
gat nomen Dei Iacob : Sic te, Alberte Princeps in
comparabili erga patriam tuam charitate maxime,

tueatur

tueatur atque defendat de cœlo sancto suo Deus :
mittat tibi auxilium de Sancto , & de Sion tueatur
te : Regiæ soboli tuæ splendifissimæ atque iucun-
dissimæ benedicat in omne æuum Altissimus : tri-
buat tibi secundū cor tuum, Alberte, Deus, & om-
ne consilium tuum confirmet : impleat Dominus
omnes petitiones tuas, Alberte, & memor sit, sacri-
ficia ecclesiæ, & holocausta per te in hac cœli pla-
ga, adiutum Spiritus sancto, hactenus conseruata .
Vobis dein , selectissima inclytæ Germaniæ proles,
gratias illas pro tantis, quæ iam recensui , cumula-
tissimè collatis in me officiis ago : quas neque lin-
gua velox, neque celer calamus, aut impigra manus
longo temporis spacio posset commemorare. Mea
vero interim apud vos petitio est, vt mihi bona pa-
ce vestra in patriam abire liceat : & vos laborū no-
strorū memores, de me haud secus , quām de pio
patre vestriq; studiosissimo, & amante, omni loço,
& tempore prolixè polliceamini. D I X I.

~~Universitätsbibliothek der Universität Regensburg~~
Universitätsbibliothek der Universität Regensburg
C: Regia Iopponi ins Plesuqilimna sida iucin
litterarum pugnacis in omni exanim Altilissime; n
rest tipi legemur coram, Aperte, Deas & ou
e conuictum tunc cognitum: ubi Dalmat
muscis belliose mors, Aperte & memoriis feci
civitatis, & huiusmodi in paci cœli bre
e ad uitum spirituum of genitum consenser.
opus dein, legi Celsi etiam Celsiis plor
tante illes dico tunc tamen leccuti, cum
simile collectus in me officis ago: dñe Nede
nus avicox uedane celer esentias, ut impletas uenias
pugo tenuibentibzio bottet contumelie. Mer
cato intellit quod agit asperito est, ut miseri possunt
e levare in desideriis pitiatis, & condidit in
totum mentores, qd me hinc fecer, datus qd dico
ceteraque ptoix, ptoicssimi. D. x.



781 IV
785

